

Annus Christi 950.

Agapeti II. Pont. 5.

Ottonis Regis Germ. 15.

Dudonis Ep. Pad. 15.

*Widkindo
lib. 3.
Bohemos
sibi & Ec-
clesiæ Ot-
to subju-
gat.
Adamus
Brem. lib.
2. & 3.*

Aderat jam annus 950 à Christo nato, quo Boleslaus Rex Bohe-
miæ, confusus Sclavorum conspiratione, rebellare ausus, & Saxoniam
extrema intentare. Quibus compertis, Otto cum instructo exer-
citu Bohemiam intravit, famamque adventus celeritate prævertit.
Boleslaus conspecta innumera Saxonum multitudine, se & Regnum
Ottonis imperio submitit; nec alia conditione accepit Otto, quam
ut Christi religionem toto Regno sacerdotibus & incolis liberam fa-
ceret. Non id satis erat Ottoni, sed & in ipsos Sclavos arma con-
vertit, atque ut auctor est Adamus Bremensis, Sclavos, quos pater ejus
domuerat, tanta potentia constrinxit, ut, quæ pater imposuerat, Ot-
toni filio penderent, & Christi religionem permetterent.

Annus Christi 951.

Agapeti II. Pont. 6.

Ottonis Reg. Germ. 16.

Dudonis Ep. Pad. 16.

Ottonis
pietatem
Deus re-
munera-
tur am-
plissimis
in hac
vita præ-
mijis.

*Widkindo
lib. 3.*

*Dithmarus
l. 2.*

Regin. cont.

Ursberg.

Regin.

Cont.

Berenga-
rio Italia
jure fidu-
ciario ab
Ottone
redditur.

Quantum Rex Christi religionem inter barbaros, tantum simul
Deus familiæ potentiam auxit; nam per id tempus Herimannus Sue-
viæ dux, unicam, quam habebat heredem filiam Liudolpho Otto-
nis filio in matrimonium obtulit, quacum totus Sueviæ Ducatus
illi cessit. Jam Henricus frater Bojariam adierat, & Conrado generi
Lotharingiæ ducatus obvenerat.

Annus Christi 952.

Agapeti II. Pont. 7.

Ottonis Reg. Germ. 17.

Dudonis Ep. Pad. 17.

Regnum dehinc Italiae adjectum. In-
clusa castro tenebatur à
Berengario Rege Alheidis Lotharij Regis vidua, Rudolphi Burgun-
diæ Regis filia; ea cum Ottonis opem imploraret, cum exercitu Ita-
liam ingreditur, Alheidem obsidione liberat, & sibi matrimonio
jungit. Exinde Papiam regiam Longobardorum sedem obsidet;
Berengarius vero altero anno sub vernum tempus in Saxoniam se-
cutus. Inde mense Augusto Rex Augustæ Vindelicorum conventum
indixit, ad quem proceres Saxonum, Francorum, Bojariorum & Ale-
mannorum convenere. Jussus in eo Berengarius se, regnumque Ot-
toni dedere, quod tamen supplici (postquam pater ac filius publicè
fidem jurassent) jure fiduciario, mox redditum est. At dum Magden-
burgi

Regnum dehinc Italiae adjectum. In-
clusa castro tenebatur à
Berengario Rege Alheidis Lotharij Regis vidua, Rudolphi Burgun-
diæ Regis filia; ea cum Ottonis opem imploraret, cum exercitu Ita-
liam ingreditur, Alheidem obsidione liberat, & sibi matrimonio
jungit. Exinde Papiam regiam Longobardorum sedem obsidet;
Berengarius vero altero anno sub vernum tempus in Saxoniam se-
cutus. Inde mense Augusto Rex Augustæ Vindelicorum conventum
indixit, ad quem proceres Saxonum, Francorum, Bojariorum & Ale-
mannorum convenere. Jussus in eo Berengarius se, regnumque Ot-
toni dedere, quod tamen supplici (postquam pater ac filius publicè
fidem jurassent) jure fiduciario, mox redditum est. At dum Magden-
burgi

burgi